Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35430
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

salome emerunt aromata. ut uenientes ungerent ihm.
Et ualde mane una sabbatorum ueniunt ad monumentu.
orto iam sole. Et dicebant ad inuicem. Quis reuoluet no
bis lapidem ab hostio monumenti. Et respicientes ui
derunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus ual
de. Et introeuntes in monumentum. uiderunt iuue
nem sedentem in dextris. coopertum stola candida.
et obstupuerunt. Qui dicit illis. Nolite expauescere. Ie
sum queritis nazarenum. crucifixum. Surrexit. non est
hic. Ecce locus. ubi posuerunt eum. Sed ite dicite di
scipulis eius et petro. quia precedet uos in galileam. I
bi eum uidebitis sicut dixit uobis. De Ascensione.
PRimum quidem sermonem dni. L. Act. aplorum.
feci de omnibus o theophile. que cepit ihc facere
et docere usque in diem qua precipiens aplis per spm scm
quos elegit assumptus est. Quibus et prebuit seipsum ui
uum post passionem sua in multis argumentis per dies
quadraginta apparens eis. et loquens de regno dei. Et
conuescens precepit eis ab ierosolimis ne discederent. sed
expectarent promissionem patris. quam audistis inquit
per os meum. quia iohannes baptizauit aqua. uos autem
baptizabimini spu sco. non post multos hos dies. Igitur
qui conuenerant. interrogabant eum dicentes. Dne.
si in tempore hoc restitues regnum israel. Dixit autem eis.